Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Undecimum oraculum sacrum

urn:nbn:de:bsz:31-160375

Visual Library

pronunciat, aut non ſufficienter eam defendit, *Idem hom. 35. in Matth.*

Qvæ eſt iſta ſimplicitas, neſcire qvod credas, *Hieronymus contra Luciferianos.*

Veritas & credenda eſt & loqvenda, *Proſper ſentent. 185.*

UNDECIMUM ORACULUM SACRUM.

Ebr. XIII. 15. 16.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Διὰ χριστοῦ ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διαπαντὸς τῷ θεῷ, τοῦτ᾽ ἔστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ θεός.

Verſio vulgata.

Per Chriſtum offeramus hoſtiam laudis ſemper DEo, id eſt, fructum labiorum confitentium nomini ejus. Beneficentiæ autem & communionis nolite oblivisci. Talibus enim hoſtiis delectatur DEus.

Verſio B. LUTHERI.

So laſſet uns nun opffern durch

Chriſtum das Lob-Opffer GOtt allezeit/ das iſt/ die Frucht der Lippen/ die ſeinen Namen bekennen. Wol zu thun/ und mitzutheilen vergeſſet nicht; denn ſolche Opffer gefallen GOtt wol.

NOTÆ.

1. Sacrificia in N. T. non ſunt corporalia, qvalia olim erant apud Judæos, & ſacrificium, qvod Chriſtus in ara crucis Patri cœleſti ſemel obtulit, Ebr. VII. 27. Et qvamvis Apoſtolus h. l. faciat mentionem oblationis, ſacrificii & hoſtiæ, tamen hæ phraſes non ſunt accipiendæ *legaliter & propriè, ſed Evangelicè, impropriè & myſticè.* Hinc ipſe Apoſtolus explicat, qvalia ſacrificia intelligat, nimirum ſacrificium laudis & beneficentiæ, qvo ſenſu etiam Evangelium vocat προσφορὰν τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτον ἡγιασμένην ἐν πνεύματι ἁγίῳ, Rom. XV. 16. Et pleriq; Patres dictum Mala. I. 11. de ſacrificio Metaphorico expoſuerunt. A ſacrificiis autem ſpiritualibus & impropriè ſic dictis ad ſacrificia corporalia & propriè ſic dicta nulla eſt ſeqvela, *contra Pontificiorum ſacrificium Miſſaticum, qvod B.* Lutherus non inrectè *CAUDAM Draconis* vocat part. 2. Artic. Smalcald. artic. 2. Hinc Concil. Tridentinum ſeſſ. 22. can. 3. ita ſtatuit: *Si qvis dixerit Miſ-*

ſam

SACRIFICIUM TANTUM ESSE LAU-
IS ET GRATIARUM ACTIONIS, aut nu-
am commemorationem ſacrificii in cruce pera-
i, non autem PROPITIATORIUM, vel ſoli
rodeſſe ſumenti, neq; pro vivis & defunctis, pro
enis, ſatisfactionibus & aliis neceſſitatibus of-
rri debere, ANATHEMA SIT.

2. Hoſtiæ ſpirituales DEo offerendæ ſunt
ER CHRISTUM. E. non per Angelos, mul-
minus per ſanctos defunctos, *contra eosdem*
cumprimis Bellarminum, qvi lib. 1. de Beat.
nct. cap. 16. locum Apoc. VIII. 3. & 4. Angelus
etit ante altare, habens thuribulum aureum,
Angelis creatis exponit, & ex eo ita colligit:
ngelus ſtetit ante altare, habens thuribulum
ureum & data ſunt ei incenſa multa, ut daret
ationibus ſanctorum. E. Angeli preces noſtras
Eo offerunt, ac proinde RELIGIOSE à nobis
vocari poſſunt. Si Angeli. E. & ſancti de-
ncti.

3. Verbum εὐαρεστεῖται h.l. poni pro εὐαρεστεῖν
acere, delectari, caſus tertius facilè probat,
o cum ſolet hoc verbum conſtrui tùm in hac
piſtola cap. XI. 5, 6. tum apud probos auto-
s Baſilium, Plutarchum, Diodorum & alios,
os Stephani Theſaurus allegat. Hinc rectè
Lutherus: Solche Opffer gefallen GOtt
ohl. Syrus: His ſacrificiis homo placet Deo.

Ari-

Arias Montanus: Talibus hoſtiis beneplacet ſibi DEus. *Contra vulgatum, Pſeudo-Hieronymum, qvi verbum εὐαρεστεῖ*[*]) *vertit paſſivè: Talibus hoſtiis promeretur DEus. Qvam verſionem Bellarminus lib. 2. de Verbo DEi cap. 14. & alii Pontificii tuentur, & qvidem ideo ut ex hoc barbaro vocabulo promeretur barbarum dogma de opere operato ſtabiliant.* Ita enim colligunt: *Qvomodo mereri dicitur paſſivè: Ita & operari.*

4. Sacrificium laudis, beneficentia & κοινωνία, qvæ eſt beneficentiæ organum, *placent Deo* propter Chriſtum fide adprehenſum, *non tamen DEum placant*, h. e. non ſunt cauſa proxima, qvæ hominem juſtificat, *contra eosdem ex h. l. merita operum colligentes.* Hinc Fabianus Juſtinianus comment. in cap. IV Tob. v. 11 & 12. ex h. loco infert, *eleemoſynâ vel beneficentiâ DEum* maximè CONCILIARI, *non tamen qvod ipſa eam ex juſtitia efficiat remiſſionem, qvam SOLUS DEus ſuâ gratia efficit; ſed qvod ad illam recipiendam injuſtum qvodammodo præparet, diſponat idoneumq; reddat, & dignum, cui DEus eximium illud peccatorum remiſſionis munus de congruo largiatur.* En Pelagianam συνέργειαν. Caniſius in Catechiſmo de jejunio, oratione & eleemoſyna ita ſcribit: *Habent ea promiſſionem ac mercedem hujus & æternæ vitæ,* DEUM PLACANT, *gratiam con-*

ſervant;

ſervant & augent. Deniq; Chriſtiani hominis vocationem certam faciunt atq; conſummant.

5. QVamvis omnes Chriſtiani dicantur Sacerdotes, 1. Petr. II. 9. Apoc. I. 6. V. 10. Qvorum officium conſiſtit in offerendis hoſtiis ſpiritualibus, h.l. & Rom. XII. 1. tamen inde non ſeqvitur, omnes habere communem docendi in Eccleſia poteſtatem. Aliud enim eſt, eſſe Sacerdotem *communi vocatione*, de qva Petrus & Johannes loqvuntur in locis modò citatis: Aliud eſt, eſſe *Sacerdotem vocatione ſingulari ad paſcendum gregem Chriſti*, de qva vocatione Petrus agit cap. V. 2. *contra Anabaptiſtas, qvi faciunt copiam qvibusvis ſine juſto diſcrimine docendi in Eccleſia.* Qvem errorem refellit Auguſtana Confesſio artic. XIV. his verbis: *De ordine Eccleſiaſtico docent, qvod nemo debeat in Eccleſia publicè docere aut Sacramenta adminiſtrare, niſi ritè vocatus.* **Sed audiendæ nunc ſunt**

SENTENTIÆ PATRUM
De ſacrificiis ſpiritualibus DEo offerendis.

Aurum, qvod Chriſto offerendum, FIDES: thus, oratio munda: Myrrha, opera bona. *Chryſoſt. hom. 2. in Matth. op. Imperf. T. 3. p. 500. C.*

Supplicationes ſimul & gratiarum actiones, qvæ à dignis peraguntur, ſolas perfectas

eſſe, & DEo caras victimas, ipſe qvoq; affirmaverim. *Juſtinus in Dial. cum Tryphone p. 270.*

Si nos ſumus templum DEi, ara DEi anima noſtra eſt. Sacrificium DEi qvid eſt? imponimus in ara ſacrificium, qvando DEum laudamus, *Auguſtinus in Pſ. 94.*

Si membra mea ab omni concupiſcentia carnis mortificavero, ſi mundus mihi crucifixus ſit, & ego mundo, holocauſtum obtuli ad altare DEi mei, & ipſe meæ hoſtiæ Sacerdos efficiar, *Origenes hom. 9. cap. 16. in Leviticum.*

Hoſtiæ ſpirituales offerendæ ſunt DEo per Chriſtum. Ideo in fine orationum adjicitur: PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, ut non ſolum preces noſtras propter Chriſtum exaudiri, ſed etiam in ipſo & per ipſum DEo gratas eſſe, ſignificetur, *Lyranus in cap. 2. prior. Epiſt. Petr.*

So kommt und bringet her die Myrrhen der Gedult/
Den Weyrauch des Gebets/ ſo liegt in güldnen Schalen
Das reine Glaubens-Gold/ ſo ſcheint mit hellen Strahlen;
Wer dieſe Schätze bringt/ erlanget GOttes Huld.

IN

IN DIE CONVERSIONIS PAULI.
Ex Act. cap. IX. 1,2,3,4, 17,18.

O immenſa charis! qvi Chriſti membra necabat,
Salvatur gratis, juſtitiamq; capit.

ORACULUM SACRUM XII

Phil. II. 13.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ὁ θεός ἐϛιν, ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν καὶ τὸ θέ-ειν, καὶ τ̀ ἐνεργεῖν ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας.

Verſio Vulgata.

DEus eſt, qvi operatur in vobis & elle & perficere pro bona voluntate.

Verſio B. LUTHERI.

GOtt iſts/ der in euch würcket/ eyde das Wollen und das Thun/ nach einem Wolgefallen.

N O T Æ.

1. Heic etiam DEo Patri tribuitur regimen cclesiæ, qvod operetur velle & perficere. · DEus Pater ſe regno ſuo minimè privavit. ontra *Socinianos, & cumprimis Smalcium, qvi b. de Divi. Chriſti cap. XIV. p. 117. ſcribit: hriſtum ita regnare ſuper nos in hoc mundo,*